



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 7. Deprehensa est in adulterio. Perpendat adulter, quod si illum homines non videant, illum tamen Deus videt, & Moysen imitetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

lant red vesperam caim oves, capros, arietes, panes, vini metretas opponebant, portas claudabant, imò annulo regali obserabant, & facto mane nihil eorum reliquum inueniebatur. En, inquit, Bel omnia deuorauit, cum nullus hoc intrauerit. Hoc autem eorum erat facinus; sub altari ingressum sibi foderant absconditum, quò templi portis obseratis, imò Regis annulo consignatis, illi cum filiis & mulieribus ingressi, martiali se cœna recreabant. Daniel hanc tantam detectorum fraudem; per templi pavementum cinerem disperfit, atque Regi: mihi crede: ò Rex non est Bel qui hac omnia consumit, alteram tibi, qui hoc fecit, tradam impostorem. Apponantur hac nocte ferula, portæ concludentur, Regis sigillo obsignentur, & exitum rei præstolare. Vt dictum ita factum, egressiuntur pro more suo Sacerdotes filiorum filiarum vxorumque stipante colluue; noctu verò per absconditum intrando ostiolum, comedunt, bibunt, noctemque ducunt hilarem. Ad solis ortum, cum populi iurba Rex accurrit, aperit portas, apposita cuncta videt absumpta. Pertinax credit à Bel cuncta deuorata, viuens esse Deum, nullamque in eo fraudem posse reprehendi. Sese gradum, exclamat Daniel, ò Rex & impressa studiosus attende vestigia. Illac trāsferant viri & mulieres, paruuli, & parvula impressa reliquerant cineri vestigia. *Vide vestigia virorum & mulierum.* Hec intuetur Rex, & viterius profectus, quæ ipsum ad ostiolum deducunt, quod sub altare sibi confecerant. En tibi ò Rex quale & quorum sit facinus. Quam illi se securos arbitrabantur dum portas clausas vident & obsignatas? Porro finitissimi mortaliū, terram perambulando in qua sculpta manent vestigia huius & illius, insipientes non aduertitis, quòd ex his prudenter vos Daniel assequitur, pedes virorum, mulierum, & paruulorum, quæ necessario debent intercurrere, diligenter, distinctèque perscrutabatur.

X.
Quomodo crimē in palam veniat.

Adulterium maximè inter personas in dignitate constitutas, & vobis principales committi non potest à solo cum solo, sed necesse est plures interueniant: fieri non potest aliter, quin fidas negotium aut famulo, aut ancillæ, aut amico, aut tertio, quin intercurrant compactus, epistolæ, pedissequi, nuntia inter nuntia, munuscula, quocirca multa huius intermiscuntur. Cogitatio ergo omnia sic volare per aëra, vt nulla remaneant sculpta vestigia? Noueris multos esse Danieles, qui illa metiantur

DAN. I 4. 19.

& quod sit, qui nuntium vidit, quem misisti, qui epistolam quam recepisti, & qui ancillam blanditiis, expiscatur, & qui famuli notes discursus, & qui fenestras stridorem attendas, & qui portæ: & licet alius non esset quam tu & ille, alteruter sui erit immemor siue ex voluptate, siue ex fiducia (sæpè namque se continere non potest nisi alteri secretum reuelat) siue ex necessitate, communicabit amico, & ille alteri: nullus etenim inuenitur qui non habeat, cui sua fidenter non communicet negotia.

In illo casu, quem supra diximus, quò Moyses sibi consanguineum iuratus est, occiditq. Egypcium, cum circumspiciens neminem aduertisset, postero die nota illud, in ore positum alterius, Obstupescit. *Quomodo palam factum est verbum istud?* De hoc admittatis: tunc ipse qui beebat cium, gratiamque recepit, confestim lætus se hunc hoc iactabit, dicetque: proh, quantum debeo Moysi, quale in me contulit beneficium, obligationem, quæ illi constringet, explicare non potest. Hoc tu, domina, intellege, licet non ex alia narratione, quæ iam ex gaudio alterius, aut sub titulo propalandi receptum: sed in eum plenum non arbitratur esse gaudium, illud nisi familiaris suo communicarit: vnde paruo post elapso tempore, oculis patet Regis, populi, totiusq. mundi proceres profusunt clamorosi. *Hac mulier modo deprehensa est.*

§. 7. Deprehensa est in Adulterio. *Pendat Adulter, quod si illum homines non videant, illum tamen Deus videat, & Moysen imitetur.*

Porro Spiritus S. ex ore Salomonis loco citato non hæret tantummodo in eo quòd bona ratio, quam diximus, docet, vt illam expendit Iob; sed in diuina dispositione, quæ sic Deus omnia disponit, vt tuum adulterium, & carnis voluptas omnibus innotescat: hoc namque indicat: *Et non cognouit, quia oculi t' omni iuuentutis diuersi sunt super solem, circumspiciente, omnes vias hominum.* Communis est illa declaratio, quam D. August. in sua regulâ annotauit, scilicet. *Deponet quòd tuam velit Spiritus S. esse omnem occulere impudentiam.* Credamne possibile vt oculos vicini, mariti tui, fratris tui, famuli tui elosq. qui per plateas graditur curiosa circumspiciat, &

oculi sufficientes dominam, cuiuscumque discalceati, quibus detinearis, & te non respiciet oculi peccato prohibeatis, & te non respiciet oculi Domini sole clarioribus, Sufficit ad latus comitem habere caecitate, item, faciem videre focum amaritiam, ut pedem retrahas, & videre non sufficiat tibi Deum adesse presentem, qui vias tuas circumspicit, & suos super te firmat oculos: Hoc est circumspicere omnes vias hominum, quis circumspicit te est rem aliquam ab una & altera parte circumque intueri.

quam scire illius? Non minus tibi à me tenendum erat, qui Dominus tuus sum, & te habeo penitendum quia ab illo flagratione mortali abiectionis?

Hæc est illa consideratio, quæ D. Chrysostomus tam efficaciter, fortèq; indicabat, ut asserere eò dabitur, qui illa se munitur prout deceat, in peccata non quæ lapsurum esse grauiora. Hoc ita verum est, ut qui talia mente reuoluerit, eum Salomon dicitur in terra canonizet, *Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in insipientia sua meditabitur, & in se non cogitabit circumspicere Deum.* Notate verba, notate remedia, quibus à peccatis vos immunes seruetis grauioribus. Primum dicitur *Beatus vir qui in sapientia morabitur*, vel in quò habitat sapientia sua; collocat thronum, velut regina, quæ gubernatur, & in omnibus prosperè dirigatur. Est autem sapientia, docente Theologorum Raphaelis, D. Thomam, & illam efficiente Philosophorum primipilo Aristotele b, quæ res disponit & ordinat, illas ex causis iudicatis superioribus. Hæc cõcessio ille cõcedens est absolutè sapiens, qui sua disponit & ordinat, illa iudicans ex causâ suprema, scilicet Deo: perpendens & attendens quis sit Deus, quid illi ratione sui debeatur, quid ratione beneficiorum tibi collatorum, quod te creauerit, quod tibi esse dederit, quò fruere, & peccato perditum repararit, atque in meliorem statum sui sanguinis, animæ, corporis, vitæ, personæque pretio reduxerit. Quid te creando præterdidit? Quæ de causâ in mundo stetit? Quæ tibi fulcimenta ministravit? Quod præmium tam immensum tibi si fideliter illi seruiers, promissit: Et quos cruciatus tam horrendos, si illum offenderis? Quod sine condidit hoc vniuersum? In quæ sunt hæc omnia terminanda? Qui ex illis causis res iudicat, & secundum illas ordinat suas, hic sapiens esse iudicabitur. Insupereâ de causâ consequenter (inquit D. Thomas) peccatores vocantur insipientes. Hoc illis nomen imponit David b. *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.* Et ille filius Salomonis *Vsq; quò stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt?* Aduerte iam tuus Gregorius, d. apponi insipientiam & stultitiam sapientie, quia ex hoc stulti sunt & insipientes peccatores quod res non disponant, nec æstimentur, illas ex causis superioribus iudicantes, sed tantum ex iis, quæ superficialiter corporis oculis offeruntur, quibus delicia, voluptates, gola, honor, opesq; præsentantur. Vnde ea desiderant quæ sūt anime suæ perniciose *Stulti, ea quæ sūt sibi noxia, cupiunt* Ofelix & milites beati, ille sapiens, in cuius corde vera residet sapientia.

Hom. 61. in Gen. ad finem. Eccl. 14. 22.

IV. Quid sit sapientia, sapientia a 2. 2. q. 46. art. 1. b Lib. 1. metaph. 2.

V. Cur peccatores dicantur stulti. a 2. 2. q. 46. art. 1. b Psal. 93. 8. c Prover. 1. 2. d Li. 2. mor. c. 36.

D. AVG.

II. Similitudo.

7. sal. 101. 20.

Jerem 32. 19.

III. Similitudo.

Audiamus D. Augustinum in Regola. *Quid est à nemine hominum videretur, quid faciet de illa desuper inspectore, quæ latere nihil potest? An idem putandus est non videretur, quia tamò videri patiens, quantum sapientius? Quæ foret ceteris impudentia & irrationabilis illa reginæ stultitia, quæ cõcipiens animo regi suo periura, fidem frangere illi solū intenderet, ut se non viderent, qui in atrio palatii residet: scitens autem quod Rex, suus, fratres ac curie principes de fenestris illâ prospicerent, illos minimè proterea a curaret? Tu nupta viro, noneris Deum coniungens tuū esse principalem & quod ille cui fidem dedisti, Dei suppleat locum, & verba in quæ matrimonium iurasti, ad Deū principalem quam ad maritum dista dirigantur. Ergone fieri potest, tam audacem inesse, tibi temeritate, ut cum tua sententia te credas securam à nemine mortalium, qui in huius mundi mortuatur atrio, circumspici, præceptis in tantâ corruptas impudentiam, non ignorans, quod tuus te sponsus Deus, totaq; caelestium circumspicit, aula nobilium Dominus de caelo in te errâ aspexit. Nū forsâ Deum cecū arbitrari? Num tibi fingis oculorum eius conspectum ad tua non peringere negotia? Oculi eius aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinventionis eius. Oculos habet lucidiores super solē quibus tua cernit pragmata, tuas factiones, signa, & contraria signa, quæ statim illi, secreta quæ proposuisti. Pudor est non minus, quod Deū nostræ pudeat impudētia. Si tu vir nobilis & dignitate præcellēs famulū videres tuūq; subditū adeo sibi cauēre, ut proponēs domū alienius crectis scalis ascendere, aut aliquid facere non rectè factū se ab inepto facinore retraheret, eo quod alterū sibi similit hoc cernentē aduerteres: te verò trāsē sūe, qui Dominus es, qui & illū potes ponere, te vidētē ōnia, non reueretur, sed liberrimè præliētū facinoris exequeretur, à quò alterius intortu cõtinuerat, quid diceres? Nū forsitan mea, præsentia minoris est respectus*

pietia, & per illud quod ipsa iudicat, sua disponit, suas actiones, ordinemque vite dirigit prudenti iudicio. *Beatus vir, qui in sapientia morabitur.*

Addit secundum, esse similiter beatum, qui in iustitia sua meditabitur. Varias habet hanc vox, iustitia, in 8. pagina significationes. Porro singulariter hoc in loco opinor inferre obligationem, quae quisque constringitur: Est enim iustitia quae cuique quod suum est, tribuit; Beatus ille vir, qui perpetuo meditatatur quid Deo, quid proximo, quid ipse sibi debeat. Utinam hoc non attenderes quid altercum proximo faciat, an illi respondeat necne, num iudex iuste iudicet, num suo satisfaciatur gubernator officio. Et his te meditationibus occupares, quid sit quod homo debeat Deo, qui creavit illum, & in sancta sua constituit Ecclesia, quam sanguine suo, vitaque redemit, quam & perpetuam in gloria sua illi reponit. Attentus utinam considerares, quid ex iustitia tenearis illi, qui tibi Pater est, Magister, Dominus, Redemptor, & omnis boni auctor, quod potiris, quod speras & posses obtinere. Utinam sedulo meditaris, quod vinculo, vir nobilissime, tenearis, ut nobile vincendi, ut amicus in actionibus animi praefereas generositate, & perpendens arborem ex fructibus iudicari, illum autem non posse censeri nobilem, qui fructus profert viles & ignobiles. Tu quoque coniugate, meditare, quam stricte servare tibi incumbat, iuratum Deo, uxori que fidem. Nec te praeterea, o puella, perpende, quam te deceat vivere solitariam, devotam, & ab omni remotam otio, tam manuum, quae laboribus sunt impendenda, quam animae, quam sanctis, purisque exerceas meditationibus appropinquare tui convenientibus. O sancti Vatis Ezechielis animalia, quae plena oculis: illos tamen in viam dirigebant, quam erant ambulatur, sicut praediximus.

VI. Quid sit meditari iustitiam

VII. Modus intelligendi res spirituales.

Porro proposito nostro magis convenit tertium, quod velut clavi obsequat edificium. Et in sensu cognabit circumspersionem Dei. Arabicam sonare videntur haec verba, sed caelestis continent summam Philosophiae. Docet nos princeps naturalis Aristoteles, quod eo quod anima nostra in hac vita, hoc mortali corpore vestiatur, res non potest intelligere spirituales, sicut in se sunt, nisi det illis esse corporale, & illa in nostra imaginatione ipsas vestiat. Eo modo spiritus intelligis Angelicos,

in tua formans fantasia iuvenis figuram pulcherrimi & instat solis splendidissimi; demones autem, illos tibi representans sub forma & hiopis nigerrimi, oculis, aspectuque formidabilis: imò eodem quoque modo ipsum Deum, divitiasque considerans personas, non quod in isto divino suo esse corpus habeant, sed quia noster non potest intellectus corpore obvolatus illud omnino transcendere. Indicat igitur Spiritus S. beatum virum illum qui sensu, & fantasia sua Dei formabit imaginem, quasi sedentis in throno regali millibus caelestis nobilitatis stipati principibus, qui firmatos in ipsum habeat oculos eius, cunctas inspicit actiones, ab una & altera parte videat, nihil praeterea inconsideratum: hoc enim est circumspicere ut diximus. O beata fors illius, qui continens Deum sic statueret sibi praesentem illum praedica beatum: *Beatus vir, qui in sensu cogitavit circumspersionem Dei.*

Speculat, ut opinor, sanctissimi Moysi exercitium, quod postmodum nobis exposuit Apostolus ex mente D. Chrysostr. & doctor Angelicus: haec illa verba, *et inuisibilem tanquam visibilem sustinuit*. Hoc noceret Moyses, Deum spiritum esse purissimum, inde & inuisibilem, verum illi sibi in imaginatione visibilem & corporalem representabat, illum formans in fantasia sua velut Regem ter maximum, in cuius ambolabat conspectu, & hoc illum veritas componebat, quam componere vel refricare posset si in eo quod agebat coram se Regem habuisset potentissimum, tota sua maiestate & aula terribilem, illum circumaque conspicientem: licet enim imaginatum esset Deum in corporis forma, sed corporeitate tamen imaginatum erat ipsum nobis verum & realiter esse praesentem, omnibusque agimus, loquimur, & imaginamur spectatorem attentissimum: Hoc ex Ieremia colligimus, *Oculi eius sunt super omnes vias filiorum Adam, ut redat vnicuique iuxta vias suas*. Hoc erat Prophetarum exercitium, hinc pharisaei illa loquendi Elze, *Vixit Dominus, in cuius conspectu suo*. Hoc est ipso David testante, quod dicitur, *ne per singulas horas contraheret: Dei prope quia thronum in imaginatione sibi formauerat, tunc deo & Deum in se sedentem, a quo semper & vultus huius videbatur. Hunc ego sensum credo legitime, nam istotum verbum, *Prostridam Dominum in conspectu meo semper* quoniam a dextera est mihi, ne commoveat, sunt creata omnia plena*

lis suis fraudibus diabolus, illius suis mundus, alliciens vocibus, istius suis pellex caro blanditiis mihi strouit insidias quibus à bona medimoueat intentione, & in Dei obsequio reddat me sentiore: hoc mihi superest remedium, mihi Deum credo presentem totam celestem curiam, ipsumque me conspicientem.

Hoc salutare remedium senior Tobias morti vicinus filio ex corde consulebat. *Omnibus diebus vite tue in mente habeto Dauid, & ne ali-*

quando peccato consentias. Ipsi quoque Salomon proposuit omnibus. In omnibus viis tuis cogita illum.

Quam efficaciter te refrigeraret, ne puella venustate seductus laboreris, nec Satana tentationibus assentires nec carnis tuæ motibus illectus peccares si hac mente reuolueres! O quam fortiter hæc tuas cohiberet consideratio, temeritates, & contineres libertates; Numquid fieri posses, vt quantum libet latro manum optaret iniicere crumææ mercatoris, illud faceret, si videret, quod Rex vel Iudex, à quo plectendus esset, fixa illum oculorum acie intueretur? An credam, o Domina, tuis te consensuram voluptatibus si conjugem tuam a desse videres in spectorem? Quis hoc sibi persuadet, quod ætes altentus esses intraturus, quando omnia tenebris credis obducata, & neminem spectatorem, aduerteres tamen coram te eius maritum, agnatos, amicos, centum accensis facibus te luce clara contententes.

XI. Hæc est illa notissima consideratio, quæ S. Abbas Paphnutius ad meliorem conuertit frugem probrosam illam lupam Thaidem, quæ sui cultus elegantia, & mundo muliebri facata, totum in tuinam traxerat mundum. Finxit hic secum illa operam velle dare voluptati, sed ab opere derincri, veritus ne ab aliquo videretur. Introduxit illa virum in abdissimum cubiculum, respexit ille diligenter huc atque illic, O domina, etiam hic nos aliquis intueretur. Quis precor, ille Deus omnipotens, rigorum & mortuorum Iudex, adest hic nobis presens, hic Angelus tui, meique custodes, hic totius curiæ celestis oculi. Hoc tantæ proposuit vir sanctus verborum efficacia, vt apertis mentis oculis majori ipsa longè pudore confunderetur, quam si totius mundi videntium in se reflexos videret oculos, ita vt iam quaquauerfom latibula pudore affecta conquireret iam se considerans Dei Angelorum, totiusque cæli luminibus expositam, illud sepe repetens: *Montes audite super me*

& colles operite me à facie Domini. Hoc teste D. Chrysi, mentem, manumque cohibuit Ioseph ne laboretur in adulterium. Vehementer admodum pelliciebat adolescentem pellex illa venerat. Hoc in criminis fauorem assumebat, nemo nos videt, nemo detegat adulterium *illa solitudinem obseruabat (hic mes adulterorum est). & tempus expectabat, quo lateret virum, & omnes qui in domo erant.*

Porro quid castissimus considerabat Ioseph? Quid ille proponebat illi? Quid domina mea, hoc referere ab oculis nos hominum abscondi, si diuina Maieftati nihil latentis oculis apertis pateamus. En Deus nos videt! *Quomodo possum facere hoc malum, & peccare coram Domino.*

Ita legit D. Chrysol. q. d. *quid putas? Etiam si fecerimus, vt res clam sit omnibus oculis, tamen illum, qui dormire nequit, latere non poterimus, quem solum timere oportet. Hoc mente versemus verbum & statim effugiet omnis illicita concupiscentia: neque enim possibile est occultari aliquid ab oculo illo, qui dormire nequit.* Hanc adiebat D. Berni, meditatorem, vt attenderes, amico, quod si puella domo decedenti, ne aliquid committat indecens, insigretur fidelis stipator, via comes, qui solus parentibus sufficit, vt de filia honesta sint conuersatione seculari. Perpende, charissime, à Deo tibi stipatorum, via comitem assignatum, Angelum dico, qui nunc quam à latere, tuo discedat, semper tibi cuique presens actionibus. Tunc audeas presente principe curiæ celestis illustrissimo, quod me vilissimo vermiculo, vidente non auderes?

Notanda veniunt Dei verba ad populum suum. *Ecco ego mitto Angelum meum, qui præcedat te & custodiat in via & introducat in locum quem parauimus tibi, & audi vocem eius, nec contemnendum iures, quia non dimittet cum peccaueris. & est nomen meum in illo.* Hæc verba quidam de Christo interpretantur magni consilij Angelo, de quibus alias. Alij vero de Ioseph capiunt ratione nominali, quod idem est ac Iesus, & ipse fuit, qui populum Israel in terram introduxit promissionis. Ita opinantur D. Iustinus Martyr contra Triphonem, & Eusebius. *Et at planior est sensus quod de Angelo populi Dei custode loquatur Archangelo scilicet Michæle, qui vocatur Princeps populi Israël.* Quisque verò de se ipso potest hæc verba interpretari, cum certum sit, quod vnicuique Deus Angelum delegarit custodem, & hoc possit

XII. Et Ioseph ab adulterio præferuatur.

D. CHRYS. Hom. 61. in Gen. ad fin. Tom. 1.

Gen. 99.9 D. CHRYS.

Serm. 12. in ps. Qui habitat. XIII. Angeli custodis præsentia nos à peccato reficiant.

Exod. 23. & introducat in locum quem parauimus tibi, & audi vocem eius, nec contemnendum iures, quia non dimittet cum peccaueris. & est nomen meum in illo.

Demost. Euang. 28. Dan. 10. sit

Hieron. Bapt. de Lanuz. Tom. 1.



Ff. 90.
1r
D. BER.
Serm. 12
oit.

fit dici singulis. *Angelis suis Deus mandavit de*
te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. O quan-
 tam misericordiam! O quale beneficium! excla-
 mat D. Bern. Quid dicere vult: *Angelis suis: Ece*
mitto Angelum meum? Nostin, qui sint Angeli?
 Principes sunt aulae suae: celestis eminentissimi,
 quorum vel minus pulchrior est & nobilior dicitur
 eo quod mundo hoc visibili continetur: nullus est
 in curia Regis magnas, qui huic valeat aequipa-
 rari. Quatu hoc esset, si Rex potentissimus ovi-
 cule curam aule suae primati demoderet, illi stri-
 &issimè precipiens, ne vnuquam oculos eius subter-
 fugeret! O quatu Rex ovè illa vltimare! *Angeli*
suis (ait D. Bern.) utiq; sublimibus. & beatis
tan proxime sibi coherentibus, ita familiariter ad-
herentibus, & verè domesticis Dei. Et tu quem si-
nem suum destinat Angelum questu Bern. Postea
 ut tuas puniat insolentias, superbias, vanitates, si-
 cut Sodoma misit, Regis Sennacherib exercitum
 & Balaam ariolo nequaquam, sed ut te custodiat,
 doceat, dirigat, hortetur ad bonu, retrahat à malo
 contra diaboli hostis tui timor infidias, à peri-
 culis & incòmodis eripiat, de quibus tu nec sei-
 res nec posses te liberare. *Te precedat & te custo-*
diat in via. Tandem idque principaliter, ut te in
 caelum introducat, terram vtiq; & patriam tibi
 à Deo preparatam. *Ve introducat in locum*
quem preparavi.
 Hac cum ita sint atq; de (monet te Deus) mul-
 tum illi deferas, illum ut principem supremum
 tantuq; curiae nobilem reuerentis. *Observa eum,*
 & *audi vocem eius.* Cave ne tam impudens sis
 & insipiens, ut illum parvi facias, illum inhono-
 res, quidquã ve in illu committas, quia factus tibi
 inimicus, tuas castigabit seueris insolentias. *Nec*
contemnendum putes, quia tuu dimittet cum pec-
caueris. Aliqui ex Hebraeo sic legunt, *ne ad a-*
maritudinem prouoces. Ne contristes, ne molester,
 inquit D. Aug. quia sicut dum bene tibi est, cle-
 mosynas elargiris, peccata cõfiteris, iueraris sta-
 tionum indulgentias, Angelum iustificas, contra-
 stasq; daemone; ita dũ aliquid committis peccatu,
 daemone gaudis, & Angelu tuu dolore cõficiis a-
 cerbiori: non quod Angelus vlla patiatur tristi-
 tiam, qui cum beatus sit nulli potest subiacere
 tristitia: sed si dolere possit, utiq; doleret, sicut
 principis pedagogus; dum illum videt rebus vi-
 lioribus abiectionibus, suãq; personã non dignis
 occupari. Alii scribunt, *Cave a conspectu nullius &*
observa. Alii, *vide ne coram eo aliquid indignum*
designes. Nostra verò lectio habet, *Ne cõtendum*
putes. Omnes illae versiones sibi conveniunt: quia

nulla potest principi maior inferri cõtumelia,
 quam si corã eo facinus quoddam patrares im-
 pudens, quale presente viro plebeio non auderet.
 Si dum vile aliquid & indecens committis, tibi
 quis diceret: *cave, adest talis nobilis, illiq; res,*
 ponderes, quid ad me? quid diceret? *scurra vilis,*
 si me puderet te coram viro hoc agere de vulgo,
 & non pudet me spectante tale quid audere fa-
 cinus? Attende (inquit Deus) *ne Angelum con-*
tempseris, sed eo, quod teneris, habe. loco, & in
omnibus tuis actionibus observa eum itaquam
tibi presentem: alioquin te plectet, querelas de
te coram Deo deponens, tuam accusans impu-
dentiam, atque infimulans iniuriam sibi à te
factam, nedum ex hoc, quod illum non hono-
res, sed insuper & inhonores.
 Hoc considerabat Abbas ille: nullo meritis in-
 ferior, de quò in vitis Patrum lib. 7, qui interro-
 gatus, quod suum esset frequentissimam exerci-
 tium, quò circum spectus prudensq; viceret, re-
 pondit, *semper mihi custodem Angelu obicio,*
 qui summa attentione meas intueatur actiones:
 quia magno illum vereor timore, ne coram Deo
 de me reddens rationem tamquam mei custos de-
 mea conqueratur impudentia & parvu infimulet,
 quã illum despicio, reuerentiam. Ego *Angelum*
meum absentem mihi iuxta me spectro & custodiu
memetipsum: timor ergo eum, ut custodientem vitas
meas, & uoluntate ascendere ad Deu & insinuat
actus meos & verba. Cum circa istud e gogonem
 discursisset, Bern. sic concludit. *Cautè ambula*
& videlicet cui ad sunt Angeli sicut tu mandatum
est, & in omnibus viis tuis, in quous diuersorio in
quous Angulo angulo tua reuerentiã habe. Tunc ame
deus illo preside quod me videte qd auderet. Hic &
 aliud addit D. Ambros. suo dignu e tanto argu-
 mentum. Hoc tibi persuadeat monet ille: quod te
 Deo inspicit quod presertim tibi habeas Angelu,
 & si hoc te à malis in eius presentia parãtis non
 compestat, hoc te moueat, quod d. diabolus ad ista
 te instigat presertim spectes, quod eõ se sitim ac corã
 corã supremo te iudice acco famurus: hoc eto im-
 eius est officium, vnde & vocatur. *Accusator fra-*
trum nostrorum, qui accusat illos ante conspectu
Domini die ac nocte. Hec mente considera, inquit
 D. Ambros. *Aequiesco tibi quod a teus nãis videre*
& nolint Angeli videre, sed videt te diabolus, vi-
det Petrus, videt se gis & c. videt ipse, qui accusator
est. Quis adeo crebro vacuus, qui si viderit mi-
micum suum adstantem, & nihil aliud optat
quã ut eum iudicis tradat, potest fieri furu cõ-
mittat aut homicidiu, aut delictu, quò sciat se à
 iudice

XIV.
Ne ipse
nos co-
ra Deo
ascuset.

indige ad mortem condemnandum? Quam sol-
licitus quisque est, ne hoc sciat, quod perperam
agit suis inimicus: etenim nouit quod cum ad
iudicem sit illic delatorus. Hunc saltem
timeas inimicum, quia te spectat conuictum
accusaturus.

§. 8. Hæc mulier modo deprehensa est.
Quanto minus adultera suspicatur, pec-
catorum suorum videbit productum in forum,
quod ita Deus propalat, sicut honorum
uidentes.

Licet hæc dicta placeant, plura tamen indi-
casse credo Sapientem, & uelle declarare,
cum tamen sis impudens, ut Deo debitam nõ
habeas reuerentiam, quam exulque retro dorsum abii-
cias timorem ipse futurus sit qui te propalabit,
ac si tunc modum, quò tua æquitas quam cre-
debas incogitam, exponatur, ac totius orbis
oculis clarior innotescat. *Lp. m. a. d. i. c. Quonia
expellit à te timorem Dei, huiusmodi hominis ti-
mor. & oculi hominum timentis illum. G. grecos
habet. & oculi hominum timor ipsius. O peruersa
impudens tam, ut oblatum tibi Dei timorem il-
lum quasi nihil esset, ipse impenetrabilis reper-
cutias, oculos tantum uerearis hominum, quibus
solummodo te queris abscondendum; In huius
ergo supplicium decerneret Deus, ut dum scelus
tuum arbitraris incogitum, teque securum in
forum esse productum admiseris. Hinc in plateis
eiustatis vindicabitur.* Hoc agit Deus utq. eli-
Ecclesi 23. bi facillimum: quia, *Oculi Domini multo plus
30. lucidiores sunt super solem.*

Disputat D. Aug. a. cuiusque Scholasticus, quod
a. Lib. 4. similiter tractat D. Cyrillus b. cui scilicet gen-
de ciuit e. tiles ad Deum recurrunt Apollinem, secreta &
11. b. Lib. difficilia sciscitaturi: quinimò & vulgare est,
6. de ado- dum hominem volumus significare, qui diffici-
ratione in lia secretaque manifestat, dicimus Apollo est;
Spiritu. Huius rationem assignat D. Aug. quia sub illo
nomine Apollinis intelligebant solem, quem
mundi vocabant oculum, quia omnia videt, illu-
minat omnia, & quantumlibet obscurus & tene-
brosus sit locus, si vel uicium tantum eò dirigat
oculum, ac lucis sue radium, illum apertum
reddit, clarum & omnium oculis patentissi-
mum. Noueris igitur, inquit Sapienter, clariores
& lucidiores esse Dei conuictiuentis oculos, qui
patentius multo res detegat, eibretq. radios,

eadem splendoribus in obscura quaque, ut necdum
sint illi manifesta, sed & omnium oculis expo-
nat publica. Hoc agit Dominus cum adulteris
& libidinosis: cum enim querant illi tenebras,
illisq. se putent securos, quò nec Dei maiesta-
tem, nec spem eius presentiam, nec severam
eius iustitiam audeant reformidant, ipse illos
detegit, palamq. manifestat, & hoc eius præ-
scriptum est, ut quò se credant esse tutiores, eo
sint mundo notiores. Et hoc (inquit D. Chryf.
exocadens illud Lucæ Nihil tam opertum quod
nouerit, neque absconditum quod non scia-
tur) ex iusto procedit Dei iudicio: flagita enim
iustitia, ut detur uiciniq. quod suum est: quod
si non fiat, sic iniuria iustitiæ. Iam declarauit
D. Paulus, quid pii sanctisq. debeat operibus,
quidq. perueris. Dicitur gloriosissime Apostole,
quid uirtuti, quid uirtutis operatio de iure de-
beat: Honor & pax omni operanti bonum. Quid
autem uitio, quid debeat iniquitati: iam illud
exponit Sapienter: Super furem penitentia & con-
fessio. Hoc teste D. Paulo) spectat Deum ex eo
quod iustus sit, reddere unicuique secundum
opera eius. Quocirca diuine statutum est iustitiæ
quantumlibet incognita sit uitæ sanctitatis, publi-
ca fiat omnibusq. manifesta. Licet D. Paul. pri-
mus eremi Cultor, incognito se concludat antro,
quò pluribus annis nulli mortalium accessit,
& Maria Egyptiaca, quò nec aues ipse conuo-
larunt, & penitens Magdalena, cauens à deli-
tescens obscuriori, quam nullus hominum, mul-
to tempore conspiceret, notum est quidquid
egerint, & publice eorum acta circumferuntur.
Hoc quomodo? Deo sic cuncta disponente.

Sic de sua sponsa sponsa decernit charissima
cui primum ordinat, ut abscondita sit secreta,
& conclusa, ne oculis pateat mortalium: unde
sic ait: Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus
conclusus. Bis ait, hortus conclusus: hoc enim ab
illa expositum ut oculis abscondatur hominum.
Habet hortus hic flores, habet arbores odoris
suauissimi. *Cyricum nardo, nardus & crocus,
fistula, & cynamomum cum uniuersis lignis
Libani.* Vult autem hac omnia fiat conclusa
non taliter qualiter, sed striatè, hoc namq.
indicat dum bis idem repetit: Hortus con-
clusus, soror mea sponsa, hortus conclusus:
ita ut si possibile sit, nec quisquam
illum intueatur. Quid hoc? quod Chri-
stus à suis requisit, ut suarum o-
pera uirtutum ab oculis mortalium abs-
condant: hæc de causa to res inungit:

Rrrrr Claude

I.
Deus a-
dalteri
peccata
reuelat.

Hom. 21.
in e. 20.
Marth.
Luc. 12. 2

Rom. 2. 10
Ecclesi. 5. 17

II.
ita & bo-
norum
virtutes.

Cant. 4
12.

Cant. 4.
13.